

1978

N

13

[142]

142-136



DEBITA
IMMORTALI MEMORIÆ
VIRI
PERILLVSTRIS atque EXCELLENTISSIMI
DOMINI
DN. SAMVELIS
STRYKII,
POTENTISSIMI REGIS BORVSSIAE CONSILIA-
RII A SECRETIS INTIMI, PROFESSORIS IN FRIDERI-
CIANA PRIMARI, ET FACULTATIS JVRIDICAE ORDINA-
RII PRAESIDIS, LONGE CELEBERRIMI.
PLACIDE DEFVNCTI;
Qua debebant pietate, recolere volebant
Lucuofissimi in Fridericiana Convictores Magdeburgenses.

HALAE MAGDEB.
Litteris Stephani Orbani, Acad. Typographi.



kapsel 78N13 [148]

AK



BRUNELLA TRIBUS AIDES PEXOCHI

uid mortale genus questus effundit in auras,
Et iacit in rapidos irrita verba notos?
Quid vitam miseramque brevem deplangit ini-
que?

Nulla querendi etenim causa doloris adest.

Heu! quam peruerse citius non viuere discunt

Multi, quam fugiat vita senecta donec!

Quoue modo cum sit decurfa volatilis ætas,

Frustra delapsi temporis acta gemunt.

Ecce! fatis capax spatiū virtutis amori,

Temporis ut sapiant & mora multa datur.

Sed quid? mox animum pulsat furibunda voluptas;

Et quoties fastus pectora plena sinunt?

Nescit & inflatus, qui magnos ambit honores,

Quam multum vita tempus inane loget.

Mox alius studiis & amore senescit habendi;

Accipit: ast alius falsus vtroque, perit.

Sic fugit ætatis, sic transit temporis æsum,

Sic homines vita deficiuntque dies.

Quodque suæ mens est cuiusvis conscia vita,

Pectora sic tandem spesque metusque tenent.

Coma riget, gelidusque cōit formidine sanguis,

Ac artus omnes frigidus horror habet.

Rectius ille sapit, qui curat viuat ut ante,

Quam sua de vultu ludicra larua cadat.

Reci-

Respicit is semper cælestem in corpore vitam,
Aut si quid fato maius & orbis habet.
FELICES MANES, quos nunc **FRIDERICIANA**,
STRYKI MAGNE, Tuos squallida Nostra luget.
Si TIBI quis nostrum est inter cælestia sensus,
Aut si, ceu spiritus, pectora nostra vides.
Ecce! vide luctus, caussas cognosce doloris,
Pectora nostra TIBI debita quanta velint.
Nescia sed fandi partem mens illa Tuarum
Laudum cum luctu nostra referre nequit.
Quod **TVA TE** Virtus constans, quis nescit? ad astra
Sustulerit Summum cum Pietate Virum.
Quantaque præstiteris dictant Germanidos ora,
Et norunt Bataui, Gallus & illa canit.
TV procul externis sparsisti fidus in oris,
Sancta **TVA** iuris semina voce pii.
Nos nouimus cuncti mores, præclaraque mentis
Indicia, & caussas ad bona multa **Tuas**.
Et Tua defidias molles exosa senectus,
Virtutis studium quod decet esse docet.
Blandus eras cunctis positoque per omnia fastu,
Fortuna pressis suppetiasque dabas.
Planta velut surgit succus ubi combibit imbris,
Cunctaque contristat Phœbus in ore niger.
Legent & populi, cognoscet longa vetustas,
STRYKIUS IN VITA, Lvx, DECVS, quale fuit.
Utque nihil mundo prælustri lampade solis
Admirabilius, conspicuumque magis:
REGIA, quod fuerat primus Director in illa,
Nil hoc esse Viro dignius **ALMA** putat.
Isthæc cuncta simul, quæ quantaque, quanta fuere
Deficiunt, rapidæ facta ruina necis.
Vah! miseri verbis! **VIVVM** perdidimus omnes,
Et concasuris fulcra, calumna desunt!
Dulcia nobiscum, quæ duxit tempora vitæ,
Hæc nobis iusti causa doloris erunt.

Tan-

Tangimur! & pluris metuenda de imagine sati,
Forte nec est huius commemorare loci.
Sed stetit haec prima sic lex ab origine mundi,
Vt fati telis obvia vita fiet.
Sicque mali nil est fati de morte putandum,
Quam metuunt omnes, nemo cauere potest.
Nascimur & morimur, vitam ut moriamur habemus,
Hinc nobis non est mors metuenda diu.
Haec tenus expluit concessa munera vita,
Nunc ipsum nullo Celsa vetante trahunt.
At quoties dabitur, Venerando cernere Vultus,
STRYKI MAGNE, Tuos, cernere scripta Tua.
Et toties venerata Tuum pietatis amorem
Nostra Tuos Manes mens studiosa colet.
VIVIS ita in celis ex mortis agone laborans,
VIVIS & in terris scripta per ingenii.
Perque TIBI similem virtutis imagine NATVM,
VIVIS, quem noscat quilibet esse TVVM.
Fac perfecta queat NATI contingere Virtus
Laudes & Famam, quæ Tibi parta fuit.
Et precibus, ne quid studiis Tua magnaruina,
Damna ferat nostris, Effice, quælo Tuis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-702102-p0006-5

Barnabe Tschilkowski
Varsovia,



B.I.G.

Black		
White		
3/Color		
Magenta		
Red		
Yellow		
Green		
Cyan		
Blue		

DEBITA
ORTALI MEMORIAE
VIRI
LVSTRIS atque EXCELLENTISSIMI
DOMINI
**SAMVELIS
STRYKII,**

IMI REGIS BORVSSIAE CONSILIA-
TIS INTIMI, PROFESSORIS IN FRIDERI-
MARI, ET FACVLATATIS JVRIDICAE ORDINA-
II, PRAESIDIS, LONGE CELEBERRIMI.

*Ætatis anno LXX.
a.d. X. Cal. Sextil. clo lccc.
PLACIDE DEFVNCTI,
Qua debabant pietate, recolere volebant
in Fridericiana Convictores Magdeburgenses.*

HALAE MAGDEB.
Litteris Stephani Orbani, Acad. Typographi.



kapsel 78N13 [148]

An